



**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et  
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.  
Canonum Ordinarii Professoris**

**Laymann, Paul**

**Dilingæ, 1666**

§. Cæterum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

**L**imita: Quod consuetudo non valeat, per quam Episcopo omne ius corrigendi, etiam in habitu adimitur; ita ut tametsi Capitulum, Decanus, vel alias, ad quem de consuetudine pertinere debet, id negligat, Episcopus se immiscere non possit. Nam talis consuetudo esset Ecclesijs damnoſa; immo contra institutionem officij Episcopalis, quod se ad totam dioecesin, seu omnes diocesanos, qui ſpecialiter exempti non ſunt, extendit, argum. c. cum non liceat, 12. de praefcript.

**N**O T A N D V M IV. Si inferior in officio suo negligens fit, modus compellendi illum est, ut definiatur tempus, intra quod rem expedire teneatur; alioquin ipfem Superior, quod iustum ac debitum est, statuat, & exequatur. Arque hac ratione in iurisdictionibus Superior ſupplet negligentiam inferioris; v. g. Episcopus negligentiam Capituli, vel Decani Cathedralis: sed non vice versa. Tametsi enim in beneficiorum collatione propter negligentiam Episcopi potestas ad Capitulum devoluatur, c. 2. de concess. præbend. non ita tamen in exercenda iurisdictione. Quia maior unio est inter Episcopum & Capitulum in beneficiorum collatione: At verò iurisdictione, ſpectato co-muni iure, Episcopi propria est, licet conſilium Capituli requiri debeat. Vide Abb. hic n. 3.

### §. Cæterūm.

#### P A R A P H R A S I S.

Si Canonici abſq. cauſa rationabili & maniſta ceſſauerint à diuinis, præſertim ſi id agant in Episcopi contemptum, iſtihilo minus, ſi voluerit, in Ecclesia Cathedrali officia diuina celebrare poteſt. Et Metropolitanus, ad querelam Episcopi, tanquam Sediſ Apostolicae delegatus, per censuram Ecclesiasticam, cognita veritate Canonicos compescat.

**N**O T A N D V M Vn. Eti Canonici, ſeu Capitulum Cathedrale iurisdictionem in Ecclesiasticis alicubi per praefcriptam co-

fuetudinem exerceat, non poteſt tamen confationem à diuinis imponere abſque cuiationabili, & maniſta: Alioquin Episcopus ad obſeruationem non tenetur, & deo conqueri poteſt apud Metropolitanum.

Sed quare dicitur, quod Metropolitanus tanquam delegatus Sedi A poſtolicæ procedere debeat; cum ordinario, ſeu metropolitanu iure, Episcopo conquerente, cognoscere poteſt, ſaltem ſi cauſa ipſius Episcopi agitur, ita ut ipfem Iudex eſſe nequeat, iuxta ea quæ dixi ſuprà in c. paſtorali. Repondeo cum Ioann. Andr. hic n. 19. Quia cauſa ardua eſt, ex cuius traſlatione ſcandalum atque perplexitas oriri poteſt, merito yifum fuit, eam à Metropolitanu auctoritate Apoſtolica, ideoque efficacius pereſidiendum eſſe. Vide c. quamuis, 8. eod tit. in 6.

### C A P I T U L U M XIV. Quoniam,

#### P A R A P H R A S I S,

Si in aliqua ciuitate aut diocesi, populi diversarum linguarum ac rituum degant, præcipit Concilium Lateranenſe ſub Innocent. III. vi Episcopus loci idoneos Ministros ipſis conſtituat, qui ſecundum diuersitatem rituum, ac linguarum ſacra-menta miniftrant, ac Verbum Dei predicent. Id verò omnino prohibetur, ne in vna ciuitate aut dioceli due ſint Episcopi. Sed ſi ob dietas cauſas neceſſarium videatur, poterit Episcopus Suffraganeum Episcopum conſtituere, tanquam Vicarium ſuum, qui ipſi in omnibus obdiat, ac ſubiectus ſit. Alia autem ratione ſi quis ad Episcopalia munera legiferit, ipſo facto excommunicatus ſit, & ab omni ministerio ecclesiastico depen-dendus; inuocato etiam, ſi opus ſit, auxilio brachij ſecularis.

#### S U M M A R I U M.

1. Valde conueniens eſt, ut Romane Eccleſia ritus reliquæ eccleſia ſequantur. j. In